

Quis mihi ruricolae aptabit carmine Musas;

apud alterum vero:

Qui mihi ruricolae optavi carmine Musas.

Cuspiniani primum fuisse praeclarum hunc Codiculum, docet *Herastichon* thecae posticae inscriptum: *Liber ad Lectorem.*

Scire cupis, cuiam liber ipse ego servio servus?

Dicere si possem, lingua parata foret.

Tu tamen hoc triplices monogrammate disce figuras,

Quis sine me domini nomina scire potes.

Hic quondam musas, medicam sed nunc colit artem,

Hec studia, has artes Cuspinianus amat.

Oblitus est, quod memorat, *Monogramma* adpingere. Est vero illud, ut in aliis ejus Libris compareret, tale (M). Quod lege: *Cuspinianus Medicus Poeta*. Igitur parum ab illo *Celtis* (IP), quod legendum *Conradus Celtis Protucius Poeta*. Haec monere visum, quia Libri alterutro signati passim per Bibliothecas vagantur. A *Cuspiniano* porro Exemplum nostrum ad *Job. Fabri* Ep. Vienn. devenit, id, quod testatur non solum

anteriori thecae adglutinata Formula impressa, sed etiam principio et calci manu adscripta, et quidem manu *Job. Sebastiani Puffer*, de quo Viro ad *Lutherum* deinceps digresso dixi in vernac. *Memorabilib. Bibl. Garell.* p. 293. et in *Hist. Typogr. Vien.* p. 431. Fuit is igitur juvenis in contubernio et disciplina *Fabri*, qui si supervixisset, quod Magistris toties usuvenit, dicere poterat:

Deplorata Coloni

Vota jacent, longique perit labor irritus anni.

CCXXXII.

U. 22 Codex membranaceus lat. Sec. XIII. Folior. 103. f. oblongo nitide exaratus, rubricis ubertim distinctus, et quondam docti Icti nostri *Job. Alex. Brassicani* continet *Auroram*, sive Biblia metrica *Petri de Riga*, qui Can. et Can-

tor Ecclesiae *Rhemensis* diem obiit a. 1209. Operis hujus Exemplaria X. descripsimus *Vol. superiore* a pag. 327. *Codd. CXXV—XXXIV.* undecimum vero *Vol. praesenti*. Dabimus igitur et praesentis *διαγωσιμ.* *Incipit Prologus in novo testamento:*

Post

367

I C O D I C E S

368

*Post legem ueterem respira petre. Refulget
Lex noua. fac uersus de nouitate nouos &c.*

Initium ipsius N. T.

Claruit herode ius regis agente Sacerdos &c.

Finis:

Dat finem. Petrus finit et ipse suum.

Sed continuo adscriptus est Prologus in *Actus Apost.* qui infit: *Di-
xi me finisse librum &c.* et censet

Disticha 7. Subditur: *Incipiunt
Actus Apostolorum Secundum Pe-
trum Rigam Feliciter.*

*Tiberii nonodecimo regnantis in a)
Cum seruiret adhuc duro iudea tira)mo*

Succedit fol. 57. p. 2. *Recapitu-
lacio illa utriusque Testamenti,*
quam impressam habes in *Polyc.
Leyseri Hist. Poetar. med. aevi*
p. 703. Nobis uero illico adtex-
tum est *ἐπιφώνημα Aegidii Paris.*

11. Distichor. *His te petre tui*

Interea salemon sapiente peritior omni

Differuit sensus pignora grata sui &c.

ad *Cantica Cantic.* quorum initi-
um: *Solus origenes cum doctos &c.*
Ad calcem: *Expliciunt cantica*

&c. quod *Leyserus* p. 739. re-
fert.

Fol. 64. tranfit Codex ad V.
T. et quidem praemisso in *Salom-
onis Libros Prologo,* qui in-
cipit:

*canticorum Secundum Petrum Ri-
gam Feliciter. Incipit Prologus in
libro Job.*

Librum Job moysi quidam attribuere magistri &c.

Sequitur *Daniel* et *Judith*, in qui-
bus expirat Codex, cui propterea
multae V. T. Partes desunt, ut
aliis *Codicibus* supra memoratis.
Inde a *Recapitulatione* multi ver-
sus in margine curis secundis sub-
pleti sunt. Nec desunt lectiones
meliores ea, quam *Leyserus* edi-

dit. Exemplum fit in ipsa *Recapitu-
lacione,* ubi pro *hexametro lege*
rectius *hexametra lege,* pro *otia*
dicturus ludicra nostra putes re-
ctius *Ludicra dicturus otia nostra*
notes, pro *de corpore christi* re-
ctius *de vulnere Christi,* pro *Enos*
qui nomen rectius *Enoch,* pro ex-
tat

tat imago rectius orbis imago &c.
Ut adeo *Codex* hic ad restituendum integritati suae Poema in subsidium ceterorum XIII. recensorum advocari debeat.

CCXXXIII.

- R. 49 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 141. f. min. luculente scriptus, rubricis pernotatus, et prius *Monachorum Congregationis S. Justine de padua. deputatus Monasterio S. Seuerini de Neapoli*, ut ad oram inferiorem p. 1. dicitur, est *Aurora* illa, seu Para-

phrasis metrica *Bibliorum Petri de Riga*, cujus X. Exemplaria jam priori Volumine retuli. Miniatius Titulus ita habet: *Incipit prolegus Magistri Petri Rege. Editoris libri. Deditione libri Et causa edendi.* Profanicus videlicet ille, cujus Excerpta dedi ad primum Exemplar, quique inchoat: *Sodalium meorum petitio &c.* Ab hoc: *Incipit aurora et primo agit De. VI. diebus. Epylogus brevis ad quem sequitur narratio.* Itaque nulla, ut in aliis Exemplaribus, *παρεεγνα*. Epilogus dictus infit: *Primo facta die &c.* Opus ipsum:

Principio celum terramque creasse refertur &c.

Ordo Librorum est *Pentateuchus*, in quo initio *Levitici* Distichon illud: *Vox autem domini moysen vocat &c.* bis ponitur, ut jam alias notatum est, *Josue, Judices, Ruth, Regum* LL. IV. *Cantica,*

Job, Tobias, Judith, Esther, Machabaei, Daniel, in quo Vetus Testamentum terminatur. Nulla igitur *Oracula Prophetarum*, nullae *Recapitulationes &c.* Novum Testamentum incipit fol. 130.

Post legem ueterem respira petre. refulget &c.

et solam *Historiam Evangelicam* complectitur, neque eam integram; abrumpitur enim jam in

Sermone Domini in monte his versiculis:

Sed tradunt alij non sermonem nisi solum Prolatum turbis discipulisque simul.

Hoc igitur Exemplar nec ex integerrimis est, neque *Aegidii Paris.* Interpolationes continet. Compara illud, si lubet, cum iis, quae priori Volumine indicata sunt, et hic ad IV. Codices observantur.

CCXXXIV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2003 XIV. Folior. 51. f. maj. per duas columnas eleganter scriptus, rubricis comtus, et folio praevio haec referens: *Iste liber datus est Cartusiensibus prope pragam cum libris*

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

A a

libris